

3907.

SYLLOGE RERUM JURI-
DICARUM

De I V

33

13

SINGULARIBUS

PERSONARUM,

1640

3

EX JURE PUBLICO ET PRIVATO

3

Quam

Autoritate Magnifici Jctorum Ordinis

sub Auspicio Numinis

Et

PRÆSIDIO

Dn. CHRISTOPHORI WACKEN

J U. D. Facultatis Juridicæ Adfessoris, & p. t. DECANI,

Illustrissimæq; Viduæ, Principis Anhaltinæ in Coswig &c.

Consiliarij; Præceptoris & Promotoris sui

ætate in colendi,

in publicum exponit

GOTTFRJED SUEVUS

Leorinus Siles.

Ad d. 30. Aprilis horis consuetis

33

In Auditorio Jctorum.



WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.

Anno clō lo C XL.

713

Handwritten mark





V I R I S

*GENEROSO, MAGNIFICIS, NOBILISSI-
MIS, CONSULTISSIMIS*

DN. ABRAHAMO DE SEBOTTENDORF
in Gauhl & Rothwernsdorff/ Serenissimi Electoris
Saxoniae Consiliario Intimo.

DN. CONRADO CARPZOVIO J. U. D.
Comiti Palat: Caesar: Reverendissimi Archiepiscopi Magdebur-
gensis Consiliario Intimo, & Cancellario Hallensi.

DN. JEREMIAE REUSNERO U. J. D.
& Cod. Prof. Publ. Curiae Electoralis; Consistorij Ecclesiastici,
Facultatis Juridicae & Scabinatus Adfessori, ut & Col-
legij Juridici Seniori.

DN. MARTINO HEERFORTO J. U. D.
Haereditario in Oppersdorff/ Ordinumq; in Episco-
patu Silesiae Nissensi, Oratori.

*PATRONIS SUMMIS, SUMME VE-
NERANDIS*

Et Respective Cognatis, aeternum suspiciendis

*Exigui conatus argumentum,
gratitudinis & observantiae semper devota monumentum.*

Hoc

EDO CONSECR Oq

Gottfr. Suevus

A. S. R.

J. C. B!

I. Nihil præfabor; nisi, ut hujus quoque dissertationis principium fiat decens & amabile Deo.

2. Cœterùm, de *Singularibus personarum*, dum dicere institui, non singula dicam, nec nihil; modò, quantum pro Ingeniorum Exercitatione satis. Præmittam autem genus hominum indefensum, & ex iis *pupillos*, quibus Tutores dandi, si ex Testamento, aut Lege non sint, vel esse non possint. PUPILLI.

3. Hos mater; si nolit ipsa tutelam suscipere *Nov. 118. c. 5. liberis*, etiam naturalibus *l. ult. C. qui pet. tut.* petere tenetur, sub pœnâ exclusionis ab eorum Impuberum successione *l. 7. § 1 ff. qui pet. tut. l. 10. C. de legit. hered. l. 6. C. ad Tertull.* quasi ob desertam pietatem *l. 9. C. qui pet. tut.* quæ cura & reliquis ab intestato successuris pupillo incumbit. *l. 10. C. de legit. hered.* Avia tamen hoc nihil nocet in Successione nepotis, nec aliis consanguineis, superstite scil. matre & proximioribus. *Limitationes vide ap. Schneidw. Inst. de secundo Ord. succod. n. 6.*

4. Dandi itaque sunt, ex iis qui non prohibentur, Idonei Tutores & Curatores, non, à patre in testamento dari prohibiti; non qui se ingerunt. *l. 21. § 2. § ult. ff. de tut. § curat. dat.* non Creditores aut debitores pupillorum & minorum *Nov. 72. c. 1. 2. 3* qui dati quoque removentur; durante tutelâ aut curâ factis Creditorebus, aut debitoribus, alius adjuugitur; adeò, ut illi, si initio tacuerint, actione cadunt; etiamsi debitum Jure hæreditario, vel alio modo in patrem aut minorem fuerit translatum; His solutio facta nihil proffit. *d. Nov. 72. c. 4.* Exceptis ab hoc rigore, matre & avia. *Nov. 94.* Et, ob eandem rationem, parentibus virilis sexûs, avoq; materno. *Cujac. in d. Nov. 94. § 72.* ut &, secundum aliquos, Tutoribus, à Patre, non ignorante debitum, testamento nominatis; non item fratribus & transversalibus.

5. Tutelam ut publicum munus, suscipere coguntur omnes,

aut suo periculo cessant *l. r. pr. & § 1. l. 5. § 1. ff. de administr. & peric. tut. Resolutio Sereniss. Elect. Sax. Job. Georgii, in Conventu Torg. de Anno 1609 tit. Justitiensachen c. 8. nisi iustas habeant excusationes, quæ nec Legitimis negandæ, quibus rejectis demum appellant. § 16. I. de Excus. tut. l. 1. § 1. ff. quando appell.*

6. Ut cautum sit pupillis, videt magistratus; Ideò & mater & avia, secundis nuptiis & Scto Vellej. renunciant, apud Acta, non juratò, ut olim *Authent. matri. Auth. Sacramentum. C. quand. mul. tut. off.* Per quam renunciationem redigitur ad Jura maritorum, adeò, ut ob debitum pupillare incarcerari quoque possit; *juxta Bartol. referente M. Colero Tr. de Process. Execut. p. 2. c. 3. n. 201.*

7. Reliqui Tutores, ne tollitores fiant, (nam valde proclivis mutatio) coguntur (1) Satisdare, & quidem omnes hodie, (non tamen J. Sax. proximus hæres pupilli) sub hypothecâ omnium bonorum *Ordin. Polit. Caroli V. & Rudolphi II. Rubr. von der Pupillen. vnd minderjährigen Kinder tutorn vnd vormülden olim tantum fidejussoribus l. 7. ff. de Praesor. stip. sine divisionis beneficio obligatis; l. ult. ff. rem pup. salv. (2.) Juramentum præstare, *Nov. 72. c. ult. Ordin. Cam. p. 1. c. 75. & 76.* quod tamen hodie in desuetudinem abiit. (3.) Inventarium conficere *l. 24. C. de admin. tut. l. 7. ff. ead. d. c. 76. Ord. Cam.* quod, si testator remiserit; non censetur remisisse rationum reddendarum necessitatem.*

8. Datur pupillis & minoribus, non tamen eorum hæredibus; pro administratione, sorte principali, accessionibus & sumptibus litis; à die confirmatæ tutelæ; non administrationis, aut malæ gestionis; *Ordin. Noviss. Judic. Sereniss. Elect. Sax. c. 45. § ob auch wol. tacita hypotheca in bonis tutorum & curatorum. l. 20. C. de admin. tut. ut & Protutorum. l. ult. ff. de tutel. & rat. à die administrationis d. § ob auch wol.* Etiam de J. Sax. provinciali, in defectum allodialium, & salvo Jure simultaneè investitorum, in feudis eorumq; proprietate. *d. Ord. nov. c. 45. in fin.* licet in iis tacita hypotheca aliàs locum non habeat. *Constit. Elect. Augusti 25 p. 2.* Sed ad bona hæredum propria, hypotheca hæc non est extendenda.

9. Eademq; datur liberis, in bonis matris, & secundi mariti, cui mulier tutrix nupsit, non restitutâ tutelâ, nec alio tutore petito. *l. pens.*

l. pen. C. in quib. caus. pign. tac. Nov. 22. c. 40. Ideò, ut caveant sibi, qui viduas ducere volunt, monet *Gail 2. obs. 90 n. 2.*

10. Ne à parentibus relicta facile distrahantur, Tutores & Curatores, nec mobilia, quæ servari possunt; nec immobilia, sine decreto magistratus, præviâ causæ cognitione, dato *l. 2. C. de admin. tut.* aut sine parentum & testatoris voluntate *l. 1. l. 3. C. quando decreto op. non est: a alienare possunt t. t. C. de præd. & al. reb. min. d. Const. Polie. Rudolphi.* Nec ea obligare, nec in iis Pactum Executivum Creditori constituere, nisi ad mobilia, quæ servando servari non possunt. *vid. Coler. de P. E. c. 3. à n. 227. & seqq.* Legali tamen hypothecæ res minorum illatas in prædium urbanum, etiam sine Curatore pro pensione subjacere, verius est, tanquam ex Legis decreto, juxta communem. *Gail 2. obs. 83.*

11. Sicut nec Actionem, quæ minoribus competit, ad res immobiles, aut alternativè, ad fundum vel centum, simpliciter cedere; nec pecuniam pupillarem depositam ad Emptionem immobilium, alienare tutor vel Curator potest, inptimis si à patre ad id destinata fuerit; quia habetur pro immobili. *l. 3. §. 6 ff. de contrar. & util. tut. act.* quod in aliis secus esse, docet *Gail 2. obs. 81.*

12. Alienata verò hæc talia sine debitis solennitatibus vindicare potest major factus, restituto præc o; quasi nunquam ipsi ablato dominio. *l. 15. & seq. C. de præd. & al. reb.* etiam absque restitutionis auxilio. *l. 2. C. dit.*

13. Pecunias minorum, si id eorum vitæ tuendæ ratio exigat, *Auth. Nov. simè. C. de admin. tut.* ad emptionem prædiorum *l. 2 §. 2. ff. eod. tit.* aut ad licitum fœnus exponere debet; olim præcisè tenebatur, ad normam *l. 15. ff. d. t.* Quod & hodie receptum dicit *Ranch. p. 2. q. 26. n. 6.* idemq; cautum Statuto Uratislavienſe. *artic. 10.* adeò ut tutor in hisce negligens, aut si in suos usus converterit, citra liquidationem ejus, quod interest, ad solitas, non centesimas, usuras teneatur; nisi idoneè pecuniâ exponi non potuerit; cujus contrarium minores probare opus habent, aut saltem docere, Tutorem interim sibi prædia comparasse, vel tale quid egisse.

14. In omni reliquâ administratione, ex quâ ipsi tutores & Curatores, non item eorum hæredes *l. 1. C. de hæred. tut. de levi*

culpâ tenentur. *l. 7. C. arbitr. tut.* ea saltem agant, quæ expediant minoribus, Scituri, se nec impensas repetere posse; nisi eas esse factas pupillo expediat. *l. 3. pr. ff. de contrar. & util. tut. act.*

15. Tandem omnes indistinctè tutores, Protutores, Curatores, rationes reddere tenentur; Etiam Dominus Feudi, tutor libertorum Vasalli, per contrarium usum textui *de h. r. art. 26.* Etiam quos Pater testamento voluit esse aneclogistos *l. 5. §. Julianus. ff. de admin. tut.* Excipio matrem & aviam tutrices, quæ moribus Saxonis jure paterno administrantes, usque ad separationem fructus lucrantur pro alimentis *Wesemb. m. de tutel. n. 5.* Reddenda autem ratio, etiam si non requisiti fuerint, ex *Ordin. Pol. Rudolphi de Anno 77.* Singulis annis *d. loc. & Ord. Caroli V. de Anno 48. Const. Elect. n. p. 2. vid. Resolut. Torg. tit. Justitiensachen. c. 6. 7. & 8.* de consuetudine demum finitâ tutelâ, sicut olim de Jure civ. *l. 1. §. ult. l. 9. §. 4. l. 18. ff. de tutel. & rat.* Ex quo Tutoribus & Curatoribus in hoc passu speciale remedium *L. fin. C. de usur. pupill.* competit, pro suorum securitate, ob periculum rationum reddendarum, & actionis tutelæ excipiendæ.

16. Ne verò rationum reddendarum necessitas eludatur; iis nondum redditis, nec tempore Restitutionis in integrum elapso, prohibitum est matrimonium inter tutorem, ejus filium, nepotem, aut hæredem extraneum; & pupillam *l. 59. l. 64. §. 1. ff. de Rit. Nupt. t. t. C. de interd. matrim. int. pup.* nisi pater testamento de his disposuerit. Quamvis de J. Can. subsistere matrimonium hoc plerique existiment; etiam Autores *Consultat. Sax. tom. 1. rubr. matrimonialia q. 19. n. 1. 2.* Aliàs ista prohibitio ad omnes rationibus reddendis obnoxios extenditur *l. 67. §. 5. de R. N. Vultej. 1. 7. R. c. 8. n. 47.* non ad gerentes pro tutore aut Curatore, *l. fin. C. de Interd. matrim.* nec ad conjugium inter filiam tutoris & pupillum, *l. 5. C. d. t. vid. Montan. Tr. de Tutel. c. 31. Effectu ult.*

17. Rationibus ita redditis, pupilli & minores, de neglectis & malè gestis; (nisi malint in integrum restitui *l. 3. C. si tut. vel Curat. interven.*) conveniunt Tutores & Curatores, & quidem; si divisa non fuit tutela vel cura, eum quem volent, sine administrationis respectu *l. 2. pr. C. de divid. tut.* Si divisa ab ipsis administrantibus, non à Judice vel Testatore, eum qui gessit, primariò; reliquis in

in subsidium. l. 8. C. de admin. tut. l. ult. C. de divid. tut. adeò ut accepta generali quietatione pro rationibus redditis; ob errorem calculi & fraudulentam administrationem denuò conveniri possint. latè Heig. p. 1. quest. 20. Imò tandem iis excusis, magistratum convenient, qui vel satisfactionem nullam exegit, quo casu in hæredes quoque datur Actio subsidiaria. l. 6 ff. de Magistrat. convers. vel non idoneam recepit. §. sciendum. J. de satisfat. tut. quod nec hodiè mutatum.

18. Atque ista de pupillo; si cum tutore; si cum alio ipsi res; hæc singularia aut favorabilia pono; Etiam infantia proximus; sine tutore contrahens alium sibi obligat; §. 9. J. d. Inut. stip. contractu sic ab uno latere constante. l. 13. §. 29. ff. de act. empt.; ipse, præsertim pubertati proximus, naturaliter saltem obligatur; l. 1. de novat. l. 127. ff. d. V. O. non civiliter, nisi locupletior factus, ex Rescripto D. Pij; l. 3. pr. ff. commod. l. 3. §. 4. ff. de negot. gest. Quæ ipsa tamen naturalis obligatio, quatenus in damnum pupilli vergit, Jure civili est infirmata, quoad effectus proprios, ob rationem in pr. J. de autor. tut. Unde est; quod pupillus Naturâ debere negatur, in l. 41. ff. de condi. indeb. l. 59. ff. de O. & A.

19. Pecunia minori, sive soli, sive Autore Curatore data à Creditore, sive simplice, sive sceneratore, probanda est in rem ejus versa. l. 1. §. 2. C. si advers. Credit. dum tamen minor læsionem prius probet; ut benè ex Hartm. Piff. Dn. Carpzovius in Jurisprud. forensi p. 2. c. 11. defn. 44.

20. Res ex pecuniâ minorum; si tutor vel Curator sibi comparavit, fit minorum, ut eam utiliter vindicare possint; l. 2 ff. quand. ex facto tut. contra Jus commune in l. 6. C. de Rei Vind. si alius, suo nomine, fit ejus Emptoris. Sed in eâ minoribus acquiritur, hypotheca, l. 7. ff. qui potior. in pign. l. 3. pr. ff. de reb. eor. qui sub tut. contra Jus commune, in l. 17. C. de pignor. l. 7. C. qui pot. d. Ordin. nov. c. 43. §. also wann einer.

21. Præscriptio conventionalis ex contractu defuncti currit, etiam adversus pupillum; ne in hæredis personâ mutetur obligatio l. 2. §. 2. ff. de V. O. vide l. 38. ff. de minor. Legalis nulla; sive mobilium; sive immobilium & incorporalium, adversus pupillum incipit. l. 3. C. de præscript. 30. ann. l. 10. ff. quemadm. servit. amit.

NEC

nec contra defunctum incepta currit; sed dormit; & demum pupillari ætate finitâ, posteriora tempora cum prioribus imputantur; *Wes. π. de Usucap. n. 14. § Dd. comm.*

22. Læsi denique quoquo modo pupilli habent beneficium Restitutionis in integrum, de quo, & aliis quibusdam, sub classe minorum 25 ann. dicam; Quæ enim his singularia; etiam illis, si applicari possint, competunt. *gl. § Dd. in l. 1. C. si advers. vend.*

MINORES

23. Minores itaq; 25 annis; de J. Sax. 21 annis; si in contractibus, è quibus, etiam sine Curatoribus suis, quos olim inviti non accipiebant, nisi in litem, obligantur. *l. 101. de V. O. circumscripti, vel ob ætatem lapsi sint; (hæc enim duo; respectu fidejussorum diversos habent Effectus, quos vide in l. 1. § 2. C. de fidejuss. minor.)* habent Beneficium Restitutionis in integrum, usq; ad ultimam horam minorennitatis; post eam intra quadriennium continuum, de J. novo petendum; *l. ult. C. de temp. in int. restit.* non item finendum.

24. Restituuntur adversus præscriptionem triennij, quod Instantiæ præfinitum olim. (hodiè non observatur in Camerâ *Myns. 2. obs. 48;*) juxta *l. properandum §. ult. C. de Judic.* Ut & adversus sententiam *l. 1. C. si advers. rem Judic.* sive interlocutoriam sive definitivam. *Myns. 4. obs. 21.* ad impediendam ejus Executionem. *l. un. C. in int. restit. postul.* nisi malitiosè petatur Restitutio, ad differendam litem *C. suscitata X. de in int. restit.* quanquam arbitrio Judicis hîc multùm tribuatur. *Vid. Rescriptum Electi. Sax. de Anno 26. relatum à Dn. Finckelth. Observ. 106.* Etiam contra appellationem omissam. *Myns. 4. 17.* Etiam contra tres conformes sententias. *Myns. 3. 84.* Etiam adversus contumaciam *l. 8. ff. de minor.* quo tamen casu, ut expensas contumaciales solvant, æquius; *Vid. Toffaur. decis. 9.* Ipsum quoque Judicium cum minore; sine Curatore agitatum, sententiâ in ejus favorem latâ sustineri, tradit *Myns. 2. obs. 36.*

25. Etiam adversus præscriptiones illas; quæ currunt contra minorem, quales conventionalis *l. 38. ff. de minor.* & longissimi temporis *l. 3. C. de prescr. 30 ann. l. ult. C. in quib. caus. in int.* Adversus reliquas breviores, minor ipso Jure tutus est. *d. l. ult.* nisi cœperint cum defuncto. *Dd. comm.*

26. Etiam

26. Etiam semel & iterum in eadem causa; diversis tamen læsionibus; velut adversus hæreditatem extranei repudiatam, eã nondum distractã restitutus *l. 24. §. 2. ff. de minor. pro eadem rursus deserenda. l. 7. §. 9. d. t. l. 2. §. 10 ff. ad Tertull. Specialis casus in l. fin. §. ult. C. de bon. qualib.*

27. Etiam adversus impetratam ætatis veniam, si poeniteat Impetrationis. Eaque restitutio operatur, quoad contractus futuros; non, intermedio tempor. factos *l. 1. C. de his qui ven. et.*

28. Etiam adversus minorem; quamvis pariter privilegiatum; si hic de lucro captando; alter de damno vitando certet *l. 11. §. pen ff. de minor. non adversus parentes & patronos. l. 2. C. qui & advers. quis.*

29. Etiam adversus privationem Emphyteuseos, quam quidem ipso J. incurrit, etiam pupillus, non soluto Canone. *l. 23. C. de admin tut.*

30. Etiam in spiritualibus, ut in Resignatione Beneficij Ecclesiastici; Nullibi enim reperitur Exceptio.

31. Juramentum autem super contractu sive valido sive obmissas solennitates, invalido, ut & super renunciatione Beneficij, sine dolo adversarij interpositum, maximè, si præmonitus de eo minor fuerit, excludit Restitutionem *l. 1. §. Auth. Sacramenta C. si advers. vendit.* Quia Juramentum præfertur læsioni, nisi sit enormissima, in quã ætati succurritur *Const. El. 35. p. 2.* Hinc & filia minorennis, juratò renunciãns hæreditati paternæ, certã summo loco dotis acceptã, ob enormissimam læsionem restituitur. *d. Const. 35.*

32. Minor sine interpellatione constituit in morã. *l. 3. C. in quib. caus. restit. in int. contra l. mora 32 ff. de Usur.* quanquam post minorem ætatem, ad continuandas usuras novã interpellatione opus sit; Sic, sine factã litis denunciatione, minor Venditorem suum, cui de lite motã constat, habet obligatum; contra *l. 56. §. 4. ff. de Evict.*

33. Hoc addo, minorem, si erraverit in eã arte, quam profiteretur, non restitui; quasi propriam turpitudinem allegantem.

34. Minorennitati; licet adversus delicta, *l. 9. §. 2 ff. de minor.* Ut & adversus confessionem delicti, de quo etiam aliter non con-

B

stabat,

stabat, non restituatur; *l. 37. §. 1. d. t.* tamen in poenis irrogandis succurritur; *l. 108. d. Reg. 7.* Infantes enim & Infantia proximi, ex delictis non obligantur, nec puniuntur; sed forte virgis castigantur in carcere; si malitia aliqua appareat. Impuberes doli capaces & proximi pubertati; quod Iudex aestimabit; arbitrariè puniuntur, ob spem emendationis; *Ordin. Crim. Car. V. art. 164. Landrecht l. 2. art. 65.* carcere sc. vel relegatione, cui plerunque additur poena virgarum in carcere; aut pro ratione delicti, & inexcusabilis malitiae fustigatione publicá, aut etiam ultimo supplicio, cum ad hoc usque poena arbitraria possit extendi *Const. Elect. 8. 43. 45 p. 4.* Minores ab anno 15 usque ad 25tum; de J. Sax. ad 21, quia in terris Saxonis, aliquanto maturius sapiunt homines, *Col. r. p. 1. decis. 19. n. 4.* ab ordinaria poena, etiam in atrocibus delictis, regulariter non excusantur, mutato tamen plerunque genere poenae, ut incendiij, latrocinij, parricidij, sacrilegij &c. in poenam gladij, attestante *Dn. Carpz. in Pract. Crim. p. 3. q. 143. n. 80.*

SENES.

35. Senes bis pueri, ad initium suum revoluti, Viribus, ut fit, defecti; à poenis corporis afflictivis, quæ vitam non adimunt ferè habentur immunes, unde nec torquentur. *l. 3. § 7. ad Syllan.* à poenâ mortis ordinariâ tum demum; si accedat senio, sensuum & intellectus deminutio. *fac. c. tanta. dist. 86. Et illud Poeta; Parcimus annis; donamusq; nefas.* Extra ordinem tamen sunt plectendi. *vid. Carpz. d. loc. q. 144.*

FURIOSI, PRODIGI, & alii, animi aut corporis vitiis insi- gnes.

36. Ad Exemplum pupillorum & minorum; furiosis, prodigis post Interdictionem; mente captis, surdis & mutis, perpetuo morbo laborantibus, Curatores dantur *juxta l. 27. C. de Ep. Aud.* qui non secus, ac minorum Curatores tenentur, *vid. l. ult. C. de curat. fur. l. 11 ff. de reb. eor. qui sub tut.*

37. In delictis, furiosus etiam dilucida intervalla habens; nisi in intervallo deliquisse probetur, non punitur, *l. 14 § si vero ff. de off. Præs. ne quidem extra ordinem; quia injuriam non facit, & factum ejus annumeratur casibus fortuitis l. 61. ff. de admin. tut.* nisi furorem animo nocendi contraxerit; Sicut nec pro delicto ante furorem commisso, in furore punitur; tanquam absens & mortuus *l. 24. ff. rem rat. hab. nisi in atrocissimis, ad refricandam indignam facti memoriam, ut fit in pecoribus. Gail 2. obs. 110. n. 22,*

38. Im-

38. Impotes mentis, detenti Melancholiâ profundâ, quam Medici primariam vocant, non ordinariè puniuntur, saltem extraordinariè; quia perturbata ipsis quidem mens est, non exturbata.

39. Ira furor brevis, si iusto dolore lacecita exarserit, ultra terminos inculpatæ tutelæ, aut delinquentem sanæ rationi non reliquerit, ab ordinariâ poenâ excusat. *Gail. 2. obs. 110. n. 37.*

40. Ebrietas immodica, quæ per testes, vel torturam asserenda; *Dass er von seinen Sinnen nichts gewusst* / delinquentem ab ordinariâ poenâ liberat. *l. 6. §. 7. ff. de re milit.* Si tamen, ejectâ crapulâ facti poeniteat, nec ante ebrietatem animum delinquendi ostenderit, nec solitus in ebrietate delinquere. *Carpz. d. Pr. Cr. q. 146.*

41. Mutus & surdus simul; integro tamen intellectu, ex solâ declaratione, signis aut nutu factâ, non condemnatur. *Ord. Crim. Carol. art. 22.* nisi ad arbitrariam poenam; Secus, si scribere sciat; & præmissis præmittendis delictum per scripturam fateatur; *Carpz. d. loc. q. 147. n. 30.*

42. Prodigalitas nihil excusat in criminibus, & saltem, quoad bona furiosum facit exitum.

43. Nunc salutabimus foeminas, quibus, quia vim negavit Natura, succurrunt jura, præcipuè S Cto Vellej. ne persuasu faciles pro aliis intercedant, nisi certioratæ ei renuncient in Judicio. *Const. Elect. 16 p. 2.* vel post biennium denuò intercedant. *l. 22. C. Ad SC Vell.* Pro marito in civilibus planè intercedere non possunt. *Auth. si qua mulier. C. ad Vell.* nisi pecunia in utilitatem mulieris versa probetur. *d. Authent.* ad quod nec confessio privata uxoris, nec mariti Juramentum sufficit. Jure Sax. uxor pro marito totâ die intercedit; & quidem, quoad renunciationem hypothecæ, & paraphernalia, sine Juramento; quoad res dotales, in donationem propter nuptias, & dotalitium constitutas, tantùm cum Juramento; stipulatâ manu Judici promittens per verba. *So wahr mir Gott helffe*; vel: *bey dem wort der Ewigen warheit*; nisi ex statuto id remittatur, quod Lipsiæ fieri, testis est *Berlich p. 2. concl. 21. n. 26. Carpz. 2. 16. def. 8.* vel mulier, quæ absque Juramento in dotalibus intercessit; moriatur; Tunc enim mors uxoris habet vim Juramenti. *Gail. 2. obs. 43.* Cœterùm eodem Jure Sax. uxor nec

FOEMI-
NÆ.

ratione Paraphernalium ex Constituto ; aut ut correa debendi,
pro marito, etiam defuncto, tenetur, nisi Juramentum accesserit;
Carpz. d. loc. defn. 2. & 3.

44. Rigida nimis in foeminas est, licet communis sententia;
Eas à masculo semel exclusas in feudalibus; in perpetuum exclu-
sas censi; contraria omninò æquior, & recepta. *Myns. §. 74.*

45. Super debito civili, ut & pro criminibus incarcerari mu-
lier olim non potuit. *Auth. Hodie. C. de custod. reor. nec materfa-*
miliæ pro debito in publicum protrahi. l. i. C. de offic. divers. Jud.
nec ad rigorem vereris J. Sax. Creditori ad compedes aut operas
dari. *Coler. de P. E. p. 1. c. 3. n. 163.* Hodie certiorata, ad Arrestum per-
sonale & carcerem in civilibus se obligare potest. *Constit. El. 21 p. 2.*

46. Foeminae, aliàs 12mo anno completo puberes; In deli-
ctis usque ad 14tum, Jure impubertatis, & masculorum gaudent,
ad ordinariam pœnam evitandam. *Ord. Crim. Carol. V. art. 164.*

47. Ab accusatione desistens foemina, non incidit in Sctum
Turpill. l. 4. ff. ad Turpill. sive alienam sive propriam injuriam
prosequatur.

48. Mulieres adulteræ, in crimine adulterii duplicati de J. civ.
Justin: competentibus virgarum vulneribus subactæ, in monaste-
rium mittuntur; maritis gladio plectendis. *Nov. 134. c. 10. que*
Constitutio renovata videtur in Ordin. Carol. Art. 120. Imò de J.
Sax: olim adulteram virgis cœsam & perpetuò relegatam fuisse,
Beust. de matrimon. c. 18. & Extra Electoratum sic pronounciari, tra-
dit *Carpz. Pr. Crim. p. 2. q. 53. n. 33.* Sed in Electoratu pœna utrius-
que conjugis æqualis est. *vid. Const. Elect. 19. p. 4.* in simplici & da-
plicato adulterio, *Über: vel Oberhureren. videatur Ordin. Pro-*
vinc. de Anno 1543. & Ecclesiastica, tit. Von der Straff der Un-
zucht vnd des Ehebruchs

49. Filiabus Reorum læsæ Majestatis; quasi pro infirmitate
fexus, minus aufuris; permittunt Impp. Falcidiam, ex bonis ma-
ternis; & iis, quæ Pater, matri donavit; *l. 5. §. 3. & 5. C. ad L. Jul.*
Maj. Aur. Bulla Car. IV. tit. 24.

50. Ob violatam Pacem publicam foeminae, bonis saltem &
privilegiis exuuntur, non in bannum, consueto more, sub diò de-
nunciantur; *vid. Gail, de P. P. lib. 1. c. 1. n. 37. Myns. §. 58.* Coeterum
præ

præ masculis, nihil habent prærogativæ, nisi id in Jure expressum.
l. ult. C. de J. & F. ignor.

51. Personæ miserabiles, quales pupilli, viduæ, quamvis divites, ut & uxores, quorum mariti ob captivitatem vel similem casum sunt inutiles; diuturno morbo debilitati; (non item foeminae coelibes, non studiosi;) & qui alii. Judex æstimat, habent beneficium *L. un. C. quando Imp. int. pup.* ne in controversiis, etiam feudalibus; *c. 15 X de for. comp.* extra suum forum trahantur; Ipsæ verò, etiam in secundâ Instantiâ, sive oppressionem sui metuant sive non, adversarios, non tamen illos vexandi gratiâ, ad Principis tribunal, nullâ obstante Præventionis Exceptione, *contra l. nemo 4. C. de Jurisd. omn. Jud.* evocare possint; etiam si pendente lite persona miserabilis statum mutet; vel alia persona non miserabilis in eadem lite sit connexa; quod Privilegium hodieq; , non quidem in Camerâ *Gail 1. obs. 1. n. 4.* sed in Aulis Principum ac Statuum Imperii, & extra Imperium præsertim in Galliis & Hispaniis locum inveniet.

52. Debitores miserabilium personarum, non juvari Rescriptis moratoriis; *Od. tradunt commun.*

53. Pauperibus sine culpâ suâ; quod Judex æstimat, jurantibus de Paupertate, & solvendis olim impensis *Ordin. Cam. p. 1. tit. 18.* gratis patrocinantur Advocati sub pœnâ remotionis. *d. Ord. p. 1. tit. 19.* gratis Judices, Justitiam administrant, sine Exactione Sportularum; Acta primæ Instantiæ gratis edunt; Commissarii gratis examinant testes; Nuncii gratis Executionem faciunt, *Gail 2. obs. 43.* ut tamen præcedat Summaria de Justitiâ causæ cognitio. *d. Ord. Cam. p. 1. tit. 41.* Imò & adversa pars, pauperi pro quâ alia præsumptio causæ concurrat, sumptus litis subministrare tenetur; *Casus aliquot refert Berlich p. 1. concl. 7. n. 15. Adde Ordin. nov. Judic. c. 1.* In criminalibus verò publicis sumptibus defenduntur; *Ordin. Carol. art. 47.*

54. Pauperi fatalia, ut introducendæ & prosequendæ appellationis, quia sumptus requirunt; non currunt; ac benè interponendæ, etiam in scriptis; quia minima impensa est. *vid. tamen. Gail. 1. obs. 142.* Sicut & certo die non solvens pauper, in quam se soluturum juravit; non fit perjurus; scil. quoad reatum, ut loquuntur *Dd, Gail. d. loc. Mysf. 4. 97.*

PERSONÆ
MISERABILES.

PAUPERES.

55. In materiâ cautionum, regulariter, si frugi sint; Jurato-
riæ relinquuntur; *Auth. Generaliter; C. de Episc. & Cler.* Inque
causis pauperum, nihil se cum forali strepitu definire velle, rescribit
Pontifex in *c. 2. X. de Præscript. adde. Novell. 17. c. 3.* Multas quoq;
pauperum usibus in Camerâ asservari. *Ord. Cam. p. 1. tit. 53* Exem-
plo laudabile est & imitandum;

56. Tandem in delictis; licet nemini integræ ætati & ratio-
nis facillè subveniatur; Pauperi tamen, edulia *ex Ordin. Crim. art.*
166. vel alias res, sublevandæ famis urgentissimæ, aut nuditatis cau-
sâ furanti, ordinaria poena remittitur, non extraordinaria. *c. 3. X.*
de furt. At à fornicationis & lenocinij, turpissimi criminis, poena,
paupertas, & inedia nihil excusat.

STUDIOSI

57. Subjungo Studiosos & Scholares, qui amore scientiæ
Exules facti de divitibus pauperes; quorumque fama sæpè fames;
Illis, eorumque famulis, ut & Academiarum ministris & Nunciis,
ex famosissimâ Constit. Friderici I. in *Authent. Habitâ, C. ne fil.*
pro patr. asseritur immunitas à Vectigalibus; pro se & rebus stu-
diorum causâ asportatis; propter vim verbi *Veniant;* & alijs mo-
lestiis & oneribus, in loco, cui immorantur; per verba *secure*
habitent; Unde nec res eorum, pro mercede habitationis, obli-
gatas esse, sanius quidem & veriùs, sed contrarium ubiq; receptum.
Berl. 1. concl. 74 n. 35. Datur ipsis & immunitas à Repræfaliis,
quo etiam *Αυδεγληψία,* & quævis manuum injectiones, ob alte-
rius delictum referuntur, quod & in parentibus, Scholares visitan-
tibus, locum habere *gl. & Dd.* tradunt.

58. Habent Scholares præcipuum privilegium sui Judicis, sc.
Rectoris Academiæ; nam optionem, *de quâ in d. Auth.* hodie per
Juramentum Rectori præstandum sublatam dicunt; Ei autem
competit Ordinaria Jurisdictionis, quam agnoscimus in causis con-
ventionis & Reconventionis Activæ, non passivæ; ne in propriâ
causâ prodamus affectum; Et quidem in civilibus & criminalibus;
quanquam merum Imperium Academiis, non ex privilegio. *d. Au-*
thent. sed ex generali omnimodæ Jurisdictionis, aut speciali con-
cessione, aut etiam præscriptione, sit asserendum.

59. Hæc tamen Jurisdictionis, saltem cum loco Academiæ re-
cipro.

reciprocatur; Ideò & alibi delinquens Studiosus ad Magistratum Academicum regulariter non potest revocari. *arg. l. 3. ff. de remilit. l. fin. de accus.* (quædam tamen Academiæ Jus alibi detentos avocandi, idque ad certa milliaria restrictum prætendunt.) Sicut generaliter hodiè forum deprehensionis, cuique fit competens; abolitis ferè remissionibus, nisi quod precariò fit, sub solitis Reversalibus, aut nisi post latam sententiam reus aufugiat; *cui addi potest Specialis Ordin. Provinc. Sax. de anno 1555* daß man die Ubelethäter so in den Aemptern verbrochen vnd entwerden/wiederumb in die Aempter folgen sol lassen. *Vid. Rauchb. 1. q. ult. n. 26.*

60. In Judicio & extra illud, satisfiant Studiosi eo modo, quo possunt, nec extraneâ & difficili fideiussione onerandi, *l. ult. pr. C. de privil. Scholar. ubi etiam in §. 3. & 4. de sportularum moderatione Scholaribus facienda adde Berl. 1. concl. 20. n. 17.*

61. Studiorum causâ absentes, pro præsentibus habentur; usque ad quinquennium, quoad fructus præbendarum percipiendos *c. tue fraternitatis X. de Cleric. non resident.* Inprimis addicti Theologiæ *c. ult. X. de Magistr.* & *ne aliquid exig.* Unde & beneficium Restitutionis in integrum illis competit ex clausula. *Si qua justa mihi causa l. 28. pr. ff. ex quib. caus. maj. Wes. ibid. n. 10.*

62. Quibus, aliisque privilegiis, gaudent Studiosi, etiam matriculæ (absit contemptus Magistratus Academici) nondum inscripti, dum tamen studiorum causa in Academia vivant; Unde talibus non obstare puto Exceptionem præventionis, coram oppidano, Iudice ante immatriculationem factæ; gaudent, etiam publicas Lectiones & Exercitia non frequentantes, nam quo modo quis honestè proficiat; nihil interest; Etiam indigenæ Studiosi, in Academia Patriâ studiis invigilantes; non enim rigorosè exsequemur verba *d. Authent. peregrinantur studiorum causa, & Exules facti; Patrocinator egregiè M. Stephani de Jurisd. 3. p. 2. c. 5. n. 34. & seqq.*

63. Et ut egregia conantibus, necessariis sumtibus subveniatur, Pater pro modo facultatum eos subministrare tenetur, *l. 6 §. 5. ff. de Carbon. Ed. maximè, si semel filium studiis addixerit. arg. l. 17. §. 3. ff. commod.* Et quod impendit, de suo fecisse censetur; etiam si bona filij materna vel alia administrârit. A filio quoque in eos
usus,

usus, vivo Patre mutuo sumptam pecuniam; intra debitam tamen quantitatem, vel Pater exsolvet; non obstante Creditori S.Cri Maced. Exceptione. *l. 5. C. ad. Sc. macod.* vel eo mortuo de communi hereditate exsolvendum erit. *arg. l. 20. §. 7. ff. fam. hercisc.* Expensæ verò mortuo patre à filio factæ, licet eum pater studiis destinaverit, à cohæredibus non præstantur. *arg. l. 39. §. 3. ff. fam. herc.* sed unà cum sumptibus, ex indivisâ hereditate, uni fratrum erogatis, in ejus partem conferendo imputantur.

64. Neque conferuntur à parentibus, etiam naturalibus, præstiti sumptus ad studia. *l. 50. ff. fam. herc.* modo filius benè collocaverit; ad libros, qui etiam donati à Patre, non conferuntur; modo filius non distraxerit; ad vestimenta; *arg. l. 43. l. 234. §. 2. ff. de V. S.* & ad honores filij, pro gradu Doctrinæ, Licentiaturæ, Magisterij; *l. 5. §. 18. ff. de collat.* nisi animo Credendi præbuerint. *d. l. 50.* qui tamen non præsumitur, ex solâ relatione in libros rationum. Si quidem fortiore præsumptione, à pietate debita, & à Patrum famæ prudentum more, debilior eliditur. Ultra Legitimam autem, reliqui liberi non sunt gravandi.

65. Simili modo sumptus studiorum in societatem generalem omnium bonorum imputantur; *l. 73. §. 1. ff. pro soc.*

66. Idemque Legati generaliter; non quinquennio includuntur; sed ad Judicis arbitrium tamdiu debentur, quamdiu cursus studiorum durat;

67. In hereditate aut Legato ad studia continuanda relicto, Jus detractationis, Abjuz/locum non habet; *Berlich. 3. concl. 52. n. 47.* Pro aliis quoque debitis ad causam studiorum, non impetrari Rescripta moratoria, quasi contra publicam utilitatem; placuit.

68. Addo; Ex Rescripto Julij Tertii, Pontificis; pauperes studiosos, in utroque, seu altero Jurium, gratis promoveri. *C. 1. de Magistr. & Doctor. in 7.*

DOCTORES ET PROFESORES. 69. Professores, actu Legentes, non, qui ad mercantiam & cambia se convertunt, neglectâ professione. *Coler. de P. E. p. 2. c. 3. n. 165.* immunitatem habent, ab oneribus personalibus quorum in numero etiam onus excubiarum habeo. *l. ult. §. 0. ff. de muner. & honor. & specialiter, ab onere hospitem recipiendi. l. ult. §. ult. ff. d. t.*

70. Pro-

70. Professores, aliiq; Doctores Promoti, etiam, quos vocant; Bullati, pravo examine ritè creati, pro debito nec realiter citari, aut detineri, nec ad manus aut operas Creditoris adjudicari, ex rigore Vet J. Sax. sublato hodiè *Const. El. 22. p. 2* nec ad compedes se obligare possunt *vid. Col. de P. E. p. 1. t. 4. n. 7.* iisq; competentia beneficium esse, *tradit idem Col. p. 2. t. 3. n. 118.* quod saltem ad Dd. Juris & Advocatos, qui verè milites, & penes quos à principio fuit Eminentia Doctoralis, restringit *Berl. 1. concl. 80. n. 3* verùm nec cæteris invidemus.

71. Criminum verò rei nondum convicti in domo vel alio liberiore loco Arresto costringuntur; convicti, non in carceribus subterraneis detinendi; nec torquentur Indiciis gravati, nisi in nefandis, & quando necessariam defensionem allegant, sed probare nequeunt, per torturam obtinere debent *Zanger. de Quæst. seu tortur. recor. c. 1. n. 80. & seqq.* non tamen inconsulto Principe. *vid. Carpz. Pr. Cr. p. 3. q. 118. n. 4.* denique supplicium ab iis non furari, sine præviâ degradatione, moris est.

72. Doctores, Advocatos, aliosq; in studiis assiduos, prohibere posse, multistreptos opifices, aut opificii sordidi foetore graves, ne in viciniâ habitatum veniant; & se ita practicasse quondam *tradit Col. de P. E. p. 1. c. 4. n. 8.* Sicut & erigentibus similem officinam, novum opus rectè nunciant; Professos per 20 annos, Comitivam Sacri Palatii mereri *ex l. un. C. de Profess. qui in urbe Constant.* (quauquam id nimis largè, nec servatum hodiè. *Menoch. A. 7. Q. casu 68. inf. n.*) & postea per substitutum Profiteri posse, *ex l. 60. C. de Decur. Dd. notant.*

73. Incidentis Exercitii gratiâ; Expectativas Professionis eâ nondum apertâ, rectè à Patrono dari posse statuo, vel sub conditione, si Jus nominandi habeat Academia, vel simpliciter; si ex Patroni collatione tantùm dependeat; Nec moveor iis, quæ latè *M. Steph. (sed Pace Viri) 3. de Jurisdic. p. 2. c. 3.*

74. Immunes sunt Professores, eorumq; liberi, uxores & viduæ quamdiu tales *l. 6. l. ult. C. de Profess. & Medic. l. 3. C. de privil. Schol.* à gabellis, & Jure detractionis, aut aliâ quavis Falcidiâ statutariâ; in hæreditatibus, Legatis, venditionibus & migrationibus; Veluti hoc privilegium, mota quondam, huic Academiae lite, à Se-

C

natu

natu oppidano; Electorali decisione ab Augusto Anno 63. confirmatum, refert *Rauchb q. 15. p. 1.*

75. Salaria annua Doctorum, Professorum, Advocatorum, in quæ, perinde ut in libros, non facile decernitur Executio, *Coler. de P. & p. 2. c. 3. n. 144.* licet ante tempus decesserint; hæredibus integra debentur; *l. 1. §. 13. de var. & extraord. cognit.* Moribus autem & statutis variè, vel totius anni *Gnadenjahr*; vel semestria, ut viduis ministrorum Ecclesiæ *Ex Ordin. Augusti Anno 80.* conceduntur; Aliud in operis illiberalibus, mechanicis & famulitiis, *l. 5. §. 6. ff. Locat.*

76. Tandem Doctores, (quo nomine in favorabilibus etiam Licentiati, in primis Promoti veniunt,) sunt Nobiles; (De Doctoribus Juris *l. 2. §. ult. ff. de Excus. tut.*) Eorumque Privilegiis fruuntur, quo ad vestitum. *Pol. D. zu Franckf. an. 1577. tit. 12* gestatione armorum; assumptionem Insignium Nobilitatis, mit offenen schilde vnd helm, paritate stipendiorum in Camera; *Ord. Cam. p. 1. c. 43.* æqualitatem fortunæ in capessendis Canonatus, Decanatus & Præposituræ Cathedralium Ecclesiarum, ipsius quoque Episcopatus honoribus; ut proinde Comitissa Doctori nubens, non dicatur indigno nupsisse; *Vin. & huc referam;* à Principibus Imperii nostri, Doctores linguæ vernaculæ, *Zhr/Euch/Nobiles Du/Du* compellari? Quid autem de Constitutione Friderici III. Imperat. de Doctoribus Juris, sive Canonici, sive Civilis, à Judiciis, & Consiliis Principum remouendis? Nunquam ea approbata, nec in Imperio recepta est. Sed factam à Civitatibus Imperialibus putat. *Goldast in Reichshandlung.* Vnd sey als ein rathschlag der Kayf. M. vnterthänig vbergeben worden. Et sanè firmat hoc pinguis ratio, ab iisdem tunc adducta; *Sintemahl Gott den Menschen / mit seiner eigenen Weisheit begnadet vnd versehen hat / so mag er in der Neuen fürgenommenen Ordnung seines rechtens / selb wol warten;* Si ita? *o bonæ literæ, omnes exulabitis.*

CLERICI.

77. Milites Christi sunt Clerici, quorum potissimum privilegium, sui Iudicis Ecclesiastici, tantâ vi assertum, tum Constitutionibus Imperialibus *Auth Statuimus C. de Episc. & Cler.* tum Canonicis Sanctionibus. *c. 2. & passim. X. de foro comp.* non mutandum per juratam renunciationem, *c. si diligenti. X. d. t.* aut prorogationem.

nem. c. significast. X. d. t. cui Juri contraria consuetudo plerisque locis invaluit.

78. Notæ tamen sunt Privilegii Exceptiones, in controversiis feudalibus c. 6. & seq. X. de for. comp. In Actionibus Realibus; in concursu Creditorum, qui pro suo Interesse citantur; In causis Re-conventionum, juxta magis communem Gail. l. 37. Myns 2. 67. In causâ litis denunciationis, ubi Clericus Venditor est denuncia-tus l. 49. de Judic. Si Laici tutor aut hæres sit, lite cum defuncto in-choatâ; si antequam Clericus factus præventus sit c. pen. X. de for. comp.

79. Hodie verò suspensâ Pontificiorum Jurisdictione Eccle-siasticâ Reichs Absch. de Anno 1555. §. Damit auch obberührte; Principes & Status Imperii Protestantes, vigore Jurisdictionis ter-ritorialis, eam per Consistoria ex Theologis & J. C. is constituta, exercent; Sicut in ditionibus Saxonis, causæ Clericorum civiles, & leviora delicta ad Consistoria; graviora ad Judicem cujusq; lo-ci secularem spectant. Ordinat. Elector. Eccles. tit. von beyden Con-sistoriis zu Leipzig vnd Wittemb. art. 7. & 10. Eademq; ipsis pœna dictatur, à Magistratu Seculari, (cui degradati prius traduntur) quæ Laicis; licet Jus Pontificium, ea quæ J. civili capitalia sunt; de-positione saltem aut carcere perpetuo puniat. c. 10. X. de Judic. c. novimus X. d. V. S. Nec torturæ Eximuntur, nisi sint Presbyteri. l. 8. & Auth. Presbyteri. C. de Episc. & Cler. Sane Ecclesiasticis Imperii Statibus; publicæ Pacis fractæ Reis, non Bannum, sed privatiõ Regalium & privilegiorum, per sententiam in Consistorio, non sub diõ, ut fit in Secularibus, latam, irrogatur. vid. Myns. 5. 58.

80. A Repræsalis Clerici speciali favore sunt exempti c. un. de injur. & damn. dat. in 6. sicut nec secularibus negotiis, ut oneri tu-telæ l. 52. C. de Episc. & Cler. quæ lex canonisata in c. generater. 16. q. 1. & aliis, imprimis forensibus, sunt implicandi. Nam & eorum peritos se velle ostendere, ipsis opprobrium l. 23. C. de Testam. & eo-rum conversatio plane alia, in c. his igitur. 3. dist. 23. Unde Judicium sanguinis agitare nequeunt, ne per litteras quidem. c. 5. c. 9. X. de Cler. vel Monach. secul. negot. nec ad Banni pœnam agere; quod ta-men Statibus Ecclesiasticis licere, tradit. Myns 2. obs. 51.

81. Statuto, foeminas excludente à successione paternâ, mascu-

lis extantibus; Clerici quoque continentur *Mynf. 3. 26.* Sed Statu-
tis de Iure detracti onis ab hæreditatibus, Legatis, Venditionibus,
translatione bonorum, Pastores Ecclesiæ, eorumq; viduæ & liberi
non adstringuntur. Testatur de observantiâ Marchicâ, *Scheplitz in
consuetud. March. p. 3. tit. 8. §. 7.*

82. Tandem Clerici, etiam Sacerdotes nostri temporis, licet
conjugati, unâ cum sororibus partem capiunt in Gerada, non
quidem sororis, & filia, sed matris, (cujus reliqui filii planè
sunt incapaces): Idq; in compensationem rerum Expedito-
riarum; quas nec capiunt, nec relinquunt, *Landr. 1. art. 5.* sive glossæ ratio-
nem mavis, ob eorum preces, quibus omnis mundus fruitur.

MILITES.

83. Iam agmen armatorum Militum produco, utriusq; mili-
tiæ præmissæ defensores; quibus solennia Iuris, ejus ignorantia
iis non nocet, *l. 1. C. de J. & F. ignor.* & multa alia favorabiliter in-
dulta. Eorum absentia justa est, ex quâ ipsi, eorum hæredes, & uxo-
res, maritos secutæ restituuntur in integrum. *l. 1. C. de restit. mil. t. 2.
C. de uxor. milit.* Nec eis tempus accusandi uxorem Iure mariti, aut
Extranei currit *l. 15. C. de adulter.* Absentia ex captivitate, compu-
tatur ad præmia Veteranorum capienda *l. 3. §. 12. l. 5. §. 7. ff. de re
milit. & stipendia solita l. pen. d. tit.*

84. Res pecuniâ militis empta, ejus fit; ut utiliter vindicari pos-
sit. *l. 8. C. d. R. V. contra l. 6. C. d. 1.*

85. Castrensis peculii singularia; Patri non acquiritur. *l. 10. ff.
de castr. pecul. de eo testari potest. l. 2. d. t. invito patre id persequi
l. 4. §. 1. d. t. contra l. 18. §. 1. ff. de Judic. non venit in collationem l. 1.
§. 15. ff. de collat. nec fit arrogantis militem l. 4. §. 2. ff. de castr. pec.
contra l. 1. ff. de adopt. miles filiusfamiliis à milite institutus, citra
patris jussu rectè se pro hærede gerit l. 5. ff. de castr. pec. contra
l. 25. §. seq. ff. de acquir. hered.*

86. In civilibus suum Iudicem habent milites *l. 6. C. de Juris-
dict. omn. Jud. ut & pro debitis, beneficium competentia l. 6. l. 18. ff.
de re judic. quod ad debita in castris contracta fortè rectius re-
stringit glossa ibid: nec in arma facile fit Executio, Schneidw. ad §.
Item Serviana 7. de Action. n. 53. In criminalibus, privilegium sui
Iudicis habent, in delictis militaribus *l. 9. ff. de custod. reor. non in
communibus l. ult. ff. de accus.* Exempti quoque à tormentis, &
plebe-*

plebejorum pœnis l. 8. C. de *Question. Exceptâ Majestatis causa l. 4. C. ad L. Jul. Majest.* quod in iis quos Virtus militaris nobilitat, hodieq; servari posse, tradit *Carpz. Pr. Cr. p. 3. q. 118. n. 74.*

87. Quoad ultimas voluntates, plura militibus singularia; Testari possunt, etiam ex delicto militari capite damnati, modo non ob ruptam Sacramenti fidem; de bonis castrensis l. 11. ff. de *testament. milit.* contra l. 8. § 1 ff. *qui testam. fac.* etiam de statu suo dubitantes d. l. 11 § 1. contra l. 15. ff. *qui test. fac.*

88. Eorum plura testamenta, valent omnia, l. 19. ff. de *testam. milit.* contra l. 27. C. de *testam.* Voluntas in clypeo vagina aut pulvere scripta sustinetur. l. 15. C. de *testam. milit.* etiam per notas l. 40. ff. *de. contra l. 6. §. fin. ff. de bonor. possib. coram duobus testibus l. 24. ff. de testam. milit.* vid. *Constit. Maximil. von Notarien de Anno 1512. §. vnd sollen die Notarien/ vers. oder von Nittern;* etiam iis, qui in Paganis non admittuntur; Et generaliter, voluntas militis in Expeditione degentis pro Jure servatur; l. 1. C. de *testam. milit.* Quâ ratione etiam pactum futuræ successione inter milites valet, in vim postremi Judicij revocabile. l. 19. C. de *pact.*

89. Hæreditatem Codicillis dare possunt l. 36. pr. ff. de *testam. mil.* contra §. 2. §. *de Codicill.* Hæredes instituere ex certâ parte, ut altera ad hæredes ab intestato pertineat. l. 2. C. de *testam. milit.* contra §. 5. §. *de hæred. Instit.* Sicut &, uno è scriptis hæredibus omittente, ad legitimos portio spectat, non reliquis accrescit, nisi hæc militis voluntas probetur; l. 37. ff. de *testam. mil.* Adeoque nulla hæc pugna testati & intestati, l. 6. l. 19. ff. de *testam. milit.* contra l. 7. ff. de *Reg. J.*

90. Instituit miles, etiam eos, qui testamenti factionem non habent (Exceptis servis pœnæ, Servo proprio, quem credebatur liberum. l. 13. §. 2. & 3. ff. de *test. mil.* & muliere, quâ in contubernio cognovit; l. 41. §. 1 ff. *de.)* contra l. 1. C. de *hæred. Instit.* etiam ex certo tempore, aut ad certum tempus, l. 15. §. 4 l. 41. pr. ff. de *test. mil.* contra §. 9. §. *de hæred. Instit.*

91. Præteritis liberorum & posthumorum, quos habere se, non ignorat miles, est pro exhæredatione §. 6. §. *de exhæred. liber.* l. 9. C. de *testam. mil.* contra §. 5. §. *de exhæred. liber.* idq; per *Novell. 115. c. 3.* minimè mutatum, adeò, ut nec querela detur, præteritis, aut injustè exhæredatis vel parentibus, vel liberis l. 27. §. 2 ff. de *inoff.*

inoff. testam. l. 24. C. eod. nec bonorum possessio contra tabb. l. 30. de test. mil. Unde nec rumpitur testamentum agnatione posthumi l. 7. ff. d. t. contra l. 1. ff. de injust. rupt. nec quasi agnatione l. 8. ff. de testam. milit. contra §. 1. J. quib. mod. test. infir.

92. Filio impuberi substituere potest miles, licet sibi testamentum non fecerit. *l. 15. §. 5. ff. de testam. mil. contra §. 5. J. de pupill. subst. l. 2. §. 4. ff. eod. tit.* Etiam ultra pubertatem, in vim substitutionis pupillaris, idq; vel expressè, vel compendio *l. 18. ff. de vulg. & pup.* ubi ratione successionis substituti, diversos effectus vide, filio intra pubertatem, vel postea decedente; Valebit autem hæc substitutio, ultra ætatem pupillarem facta; non saltem in vim fideicommissi, sed directò, contra Jus commune, in casu *§. ult. J. de pupill. subst.* Tandem in testamento militari cessat Falcidia & Trebellianica *l. 12. C. de testam. mil. l. 1. §. 18. ff. ad Sc. Trebell.* Et sic ultra dodrantem legare licet, contra *pr. J. de L. Falcid.*

93. Hæc, & si qua alia; privilegia, nostri quoque temporis militibus non vagantibus. *Gart und Herrlosen Knechten. Vid. R. A. de Anno 1555. §. vnd damit angeregter vergatterung.* Sed in Expeditione degentibus, sub quibus etiam limitaneos & præsidiarios habeo, applicantur; Nam inductiva ratio privilegij, nimia militum impericia, quæ venit ex occupatione armorum, *pr. J. de milit. test. hodie in illis æquè militat.*

ILLUSTRES
& NOBILES.

94. Pro Splendore & incrementis Imperij, Illustres excubant; Ideo ipsis supra communem sortem erectis, plura specialia, & inter ea, Pacta Gentilitia Confraternitatum; Erbverbrüderung; (nam ErbEinigung est angustius) de mutuâ successionem, ut militibus Imperij (quod volunt verba in renovatione Confraternitatis Saxonico Hassiacæ An. 1555. Naumburgi, *Jure publico militari;*) sunt indulta; Autoritate tamen Imperatoris, adhibito hodiè Vigore Capitulationis, Electorum consensu; Jus autem Illustrissimis Confratribus hoc Pacto in mobilibus & immobilibus, præsentibus ac futuris, etiam Electoralibus ditionibus invicem, in vim Constituti possessoriij quæsitum, nec minui, nec auferri testamento potest; quanquã ultimo familiæ Principi ad testamentariã dispositionem ferè certa pecuniæ summa reservari soleat; (qualis in Confraternitate Saxon-Hass. est 30000 floren.) Et quidem, de bonis mobilibus tantum; vnd sol mit keinen Schlößern/Städren noch Dörffern/sondern

sondern aus fahrender haab gemacht vnd gesetzt seyn; verba formulae d. Confraternitatis.

95. Inter privatos hæc pacta successoria sunt prohibita; nisi statuto vel consuetudine; ad instar pacti de mutuâ Successione, Conjugum; Unionis prolium; simultaneæ Investituræ, introducuntur; quâ consideratione, non absurdè tertia species hæredum, Conventionalium sive Pactitorum, & inde Successionis Irregularis & Anomalæ statuetur; Aliàs quidem, nec de jure improbantur pacta mutua privatorum, quæ fiunt per stipulationem, in vim donationis, ut quis bona alterius post mortem ab hærede capiat; nulla successione factâ mentione. *Vid. Gail. 2. obs. 126.*

96. Subjungo privilegium Austregarum, des H. Reichs Aufsträge/ da die irrungen gegen einander mit Recht austragen werden; quo Principes Imperij, tam Ecclesiastici, quam Seculares semper gaudent; à quocunq; modo non Extraneo, conveniendi vel reconveniendi; Prælati, Comites, Barones, & Nobiles immediatè Imperio subiecti, tum demum, si à Principibus Imperij; vel à simili sui ordinis, immediatè subiecto conveniantur, si ab alijs, mediatè vel immediatè subiectis, prima Instantia est in Camera. Modos Instantiarum vide in *Ord. Cam. p. 2. tit. 2, 3, & 5.* & speciatim, octo vias; si Principes à secundo vel tertio Ordine immediatè subiectorum Imperio; aut mediatè subiectis, etiam, subditis suis conveniantur, expressas *d. loc. tit. 4.* Ut ita renunciationem hujus privilegij non immeritò recusarint Principes, flagitante id Carolo V. in Comitibus Augustanis de Anno 48. Civitates autem Imperiales hoc privilegio non gaudent; licet quædam, ut Norimberga, Argentina, Ratisbona, Memminga, Wormatia, & alia, habeant Iudices suos privilegiatos, besondere Aufsträge; sc. Senatuum aliarum civitatum, plerumq; trium aut quatuor.

97. Fundatum est hoc Judicium Austregarum, quarum Iudices delegatos puto; Etiam in Reconventionem, *Ord. Cam. p. 2. tit. 4. §.* So dann die Partheyen/ (quæ tamen in Instantiâ coram novem Consiliariis, non habet locum, *d. tit. 4. §.* dieselbe neun Râthe) Etiam in causis subditorum, qui à principe tanquam Parte, extrajudicialiter gravati sunt; At à Principe, tanquam Judice ad Instantiam alterius, vi potestatis & Jurisdictionis gravati; mox ad Camera[m] provocare possunt. *vid. Recept. Imper. de anno 1594.*

S. WANU

S. wann aber von gemeiner; Etiam, quas huc referunt, Mindan. Vultejus & alij; in causis matrimonialibus, inter Status Augustanae Confessionis; modo Judices Ecclesiastici eligantur; quanquam alij has lites ad novem Consiliatorum disceptationem referri, alij, compromitti in Consistorium Ecclesiasticum, malint, Et est hac controversia Imperiali decisione digna.

98. Excipiuntur causae feudorum Imperij *Ord. Cam. p. 2. tit. 7.* (de quibus Imperator solus cognoscit, non habita ratione, des *alten Fürsten Rechts*) licet de parte, aut possessorio, saltem sit controversia; It: causae criminales; causae mandatorum, ubi periculum subest. *Ord. Cam. p. 2. tit. 23.* & quae in mero Judicis officio consistunt; ut & Commissiones ad perpetuam rei memoriam, quas Camera sola decernit. *Gail. 1. 39. Myns. 1. 18.* Reliquas non exceptas, nec Imperator in primâ Instantiâ mit vorbeygehung der Austrägel ad Aulam suam trahere potest, quamvis à sententiis Austregarum ad Cameraam appellari possit; *Ord. Cam. d. t. 6.* quae etiam Executionem decernit.

99. Possunt Illustres, in Camera per suos Oratores, non Ordinarios Procuratores, aut Advocatos comparere. *Ord. Cam. p. 1. tit. 25.* Quando in Criminalibus per Procuratorem. *vid. l. fin. C. de Injur. & Gail. 1. de P. P. c. 10.*

100. In materiâ Juramentorum, Electores & Principes in causis fractae Pacis publicae, Juramentum purgationis per Procuratorem, genere Nobilem praestant. *Constit. Polit. de Anno 1521. §. vnd so er solche / & de anno 1548. Ord. Cam. p. 2. tit. 10.* Alia Juramenta Judicialia, Illustres, Nobiles & Egregij, in propria personâ, sed domi praestant; *l. 15. ff. de Jurejur. vid. Ord. Cam. d. t. 10.* In terris Saxon. omne Juramentum, Excepto fidelitatis & homagij, in propria personâ, in Audienciâ Judicij, non in publico, ab Illustribus praestatur; *Ordin. nov. Judic. c. 18. in fin.* Caeterum Verba Illustrium & Nobilium; bey Fürstl Gräffl. Adelichen Worten / Juramento equiparari *Gail. 2. obs. 59* & sic praestitari quotidie, tradit. *A. Reyger ad Myns. 1. obs. 17.* quod tamen, ubi Juramentum corporale praestandum est, vix obtinet, maxime in terris Saxonis, in quibus verba ista instar simplicis promissionis habentur, unde nec acturi contra talem promissionem, relaxatione Juramenti opus habent.

101. Splendori matrum Illustrium hoc datum est, ne spurij liberi, concurrentibus aliis ex justo matrimonio, ipsis succedant. *l. 5. C. ad SC. Orfit. contra Jus commune in §. 3. J. ad SC. Orfit.* Naturales tamen liberi, matri illustri, sicut & spurij ejusdem; transversalibus, per lineam maternam conjunctis, etiam concurrentibus aliis justis & legitimis succedunt; Nam ad transversales, *d. l. 5.* non est producenda.

102. Pro debitis Illustres & Nobiles habent Beneficium competentiae, Exemplo militum, nec ad manus Creditoris aut carceres traduntur; hinc discedentes ex obstagio, *Einreiten vnd Leisten.* (quod sublatum quidem hodie. *Pol. D. zu Franckfurt an. 1577. rubr. von wucherlichen Contracten 17. Const. Elect. 22. p. 2.*) non arctiori custodia traduntur, ut plebeij; sed ad eundem locum requiruntur, multa Judici, & cautione Creditori praestanda *vid. Col. de P. E. p. 36. c. 11 n. 152.* Et generaliter in materia carcerum, Nobilitati multum defertur, eiq; tota civitas pro carcere est; *Col. d. loc. p. 2. c. 3 n. 179.*

103. In criminalibus, a tormentis, quae Plebejorum sunt, *l. 11. C. de quest.* sunt immunes, nisi in crimine Majestatis, aliisque nefandis *l. 16. C. de l. 4. C. ad L. Jul. Maj.* quanquam & in reliquis, quoad Comites Barones, & Nobiles, hanc immunitatem in Italiâ, aliisque locis non attendi, tradatur; & nemini se autorem fore, ut nimis istis confidat, *Colerus* dicat; Principem tamen desuper consulendum esse, verius est *d. l. nullus. 4. C. ad L. Jul. Majest. & receptum. Carpz Pr. Cr. p. 3. q. 18. n. 90.*

104. In poenis pecuniariis Nobiles acrius quam plebeji In corporalibus arbitrariis mitius puniuntur; *l. 4. ff. de incend. ruin. naufr. c. fin. X. de poen.* non item in uniformibus, a Lege vel Statuto definitis. *l. 3. C. de Episc. aud.* ut in homicidio, adulterio, blasphemia, Injuriis quoque; ad Palinodiam; *ob generalium ex Const. Elect. 42. p. 4.* quae tamen ferè in deprecationem commutari solet.

105. Ad Illustria privilegia refero; quod pupilli Electorales, non item inferiorum Principum; a tutela primùm Legitima; quae testamentariae praefertur, nec per eam auferri facile potest *Aur. Bull. Car. IV. tit. 7.* eiq; cohaerente curâ, anno æt. 18. completo sunt immunes, simulq; Electoratus & Ducatus administratores *A. B. d. t. 7.* ob nexum dignitatis, cum Principatu, ejusq; Juribus indivisum *A. B. tit. 20.* Et quia tutelare Regnum incommodis multis est ob-

D

noxium.

PRIMO.
GENITI.

noxium. Ideò Friderici IV. Electoris Palatini curatellam, sine Successu affectabat Richardus Patruus; Actis hinc inde editis.

106. Primogenituræ Jus, ab ipso Deo comprobatum, *Deut. 21. v. 17.* ubi duplū ipsi adjudicatur in divisione hæreditatis. Alia præcipua, *de quibus gl. in c. quam periculosum 7. q. 1.* non refero, saltem hoc; quod Primogenitus, etiam ante dignitatem à Patre acquisitam natus, (facit, quod ex eadem Ordinatur: divinè, filius primogenitus uxoris, quam non ita charam habet maritus; filio alterius uxoris; quam charam habet, præfertur) in Electoratu Seculari. *A. B. d. tit. 7.* aut ubi Jus primogenituræ vigeret in Regnis & Ducatibus; fratribus reliquis, frustra patre in contrarium disponente, anteponatur; Etiam hujus nepos patruo. *d. tit. 7.* licet Successio ad patrem realiter non pervenerit, nisi ob notabilem defectum sint inhabiles. *d. tit. 7.* Notatu dignum hæc Friderici I. Electoris Palatini consilium; qui nepotem ex fratre Philippo, Electoratus hæredem; in filium adoptavit; se interim, Electorem Imperii nominans; cœlibatu tamen perpetuo promisso; ne arrogato, in Successione Electorali inde præjudicium. *Besold. de Success. & Elect. Reg. lib. 3. dissert. 4. n. 20.*

107. Quod si primogenitus absq; hæredibus decedat, & extant filius secundogeniti & tertio genitus; illum præferri, videtur verius. *A. B. d. tit. 7.* licet in contrarium Exempla referantur, in Palatinatu, circa annum 1544. & Electoratu Saxoniz circa ann. 1370. Semper tamen Primogenitus; dimembratione Principatus & pertinetiarum interdicta, reliquis fratribus ac sororibus, clementè & piū se præbebit *A. B. d. tit. 24. §. damit wañ andere;* Qui fratres inde dicuntur, *abgesündene Herren;* quò pertinet illud *Apennage Gallorum.*

108. Quid in reliquis feudis majoribus; circa divisione meorū, tam quoad Jurisdictionem quàm ipsa bona, de notoriâ Germaniz consuetudine, non tamen ex Re Imperii, obtineat *vid. Gail 2. obs. 153.* Nihil tam magnum, quod divisione parvum non fiat;

109. De J. Sax filius major natu equestris dignitatis, gladium habet præcipuum, Sicut ex Eodem; ut & Canonistarum opinione; & receptâ Germaniz consuetudine in Judicio familiæ heriscundæ, etiam in Expeditoriis & feudalibus (nō in aliâ communione,) major dividit, minor eligit, (Jus civile ad officium Judicis. §. 4. & seq. §. de offic. Jud. vel sortē l. 3. pr. C. comm. de legat. refert) idq; inter duos saltem cohæredes, tempore divisionis superstites, reliquis, in-

tra

tra id tempus mortuis; exhereditatis aut renunciatione, vel alio modo exclusis ab hereditate *Const. Elect. 15 p. 3.* Extra Saxoniam, etiam inter plures, ita ut minores, ordine successivo portiones eligantur, uti pronuntiatum refert *Berlich. 3. concl. 21. n. 28.* Ipsum verò Jus Electionis & divisionis, tantum personale est, nec ad heredes transmittitur, à patre quoque testamento auferri potest. *d. Const. 15.* aliàs durat per 30, annos, sicut petitio hereditatis. Ceterum & foeminae inter se hoc Jure utuntur, concurrente a. masculo & foeminà, masculus eligit foemina, autore tutore dividit, nullà ætatis habità ratione. *d. Const. 15.* Sed concurrente sorore natu minore, & neptibus ex sorore natu majore, materteram dividere, neptes eligere testatur *Rauchb. q. 41 p. 1. n. 22.* quod in casu simili filiorum idem est. Aliud ab hac Electione, est, Jus Optionis, die *Rühygerechtigkeit*; quod inter descendentes tantum; licet plures, datur Juniori filio, non ejus heredibus, ad eligendam possessionem prædij paterni; ut reliquis pecunià satisfaciatur, pro quo Jure ipsi in Venditione bonorum voluntaria, non in necessarià, reservari solet certa pecuniæ summa, *Rühygeld*, quam Emptor, ipsi vel ejus heredibus solvere tenetur.

110. Utilitatis publicæ ratione; eam promoventibus, ut absentibus Reip. causa datur beneficium restitutionis in integrum *l. 1. §. 1. ff. ex quib. caus. maj. ut & uxoris eorum, cum marito absentibus. t. c. de Uxor. mil. & eor. qui Reip.* ne tamen plus reponatur Restitutio; quam abstulit læsio. Legati quoque præter privilegium non violandæ sanctitatis, conventi in peregrinis locis, ex contractu ibidem antea celebrato, habeant Jus revocandi domum. *l. 2 §. 3 l. 8. l. 24. ff. de Judic.* Etiam post consummatam Ambasiatam, in illo loco (nisi diutius ibi subsistant) & remeatione, multoque minus Arrestari possunt; aut pro Repræsaliis capi, in locis, per quæ transeunt. Ex contractu tamen in officio legationis inito possunt conveniri. *d. l. 2 §. 4. l. 25. de Judic. ut & delicto, suo & servorum. l. 24 §. 1. ff. dt.* Hoc addo Legatum, si in munere Legationis decesserit Legatus; pertinere ad ejus heredes. *l. 10 ff. de Legation.*

111. E debitorum classe, quidam singulari Jure gaudent, sc. debitores casu infelices; quò & inopina Monetæ depravatio aut mutatio rectè refertur; qui bonis cedere non coguntur; *Nov. 135. de quâ tamen; quid statuatur Rittershusius. vid. ibid & J. Sax. à pœnâ carceris publici liberantur. Const. Elect. 22 p. 2. Ord. nov. Judic. c. 52.*

112. Iisdem debitoribus; non decoctoribus, & bancoruptoribus;

LEGATI.

DEBITORES.

dantur Induciæ Quinquennales. *N. U. in Augsp. de An. 1548. Pol. D. in Francff. de anno 1577. tit. 22.* von verdorbenen Rauffieuten; ab Imperatore, Rege Romanorum, Vicariis Imperij, ut per totum Imperium; in Principibus & Statibus Imperij; ut in ipsorum territoriis valeant; non verò à Camerâ Imperiali; de Jure & Consuetudine, etiam à Creditoribus, vel majore parte, quæ ex debiti quantitate æstimatur. *l. ult. C. qui bon. ced.* etiam in præjudicium hypothecariorum & Arrestantium. *d. l. ult.* Hoc autem Beneficium fidejussoribus quoque competere, verius arg. *§. 4. J. de Replie.*

113. Quidam competentia beneficio sunt muniti; ne iis in Executione auferantur alimenta; sed pro liberis & familia relinquuntur, quales; maritus & uxor inter se, in dote & aliis contractibus *l. 20 ff. de re Judic.* constante matrimonio in itis *l. 35 pr. de negot. gest.* Pater mariti in restituenda dote; pater uxoris in dote solvenda *l. 17 ff. sol. matr.* quod huic tamen non perpetuum *l. 21 ff. de re Judic.* Unde alij inter constans & solutum matrimonium distinguunt. Item Socij *l. 16 ff. de Re Judic.* etiam si non omnium bonorum, *l. 63 ff. pro soc.* quæ omnia non cadent suis Exceptionibus; sed eas huc apponere nimis foret prolixum. Item Fratres ex ratione *d. l. 63.* Donator, *l. 28. de Reg. Jur. l. 50 ff. de re Jud.* nisi fundum donatum occupans, ad restitutionem condemnatur *l. 4. 1. ff. de Re Jud.* Coeterum renunciare beneficio, quibus ob reverentiam datur, non possunt. *l. 14. §. 1 ff. solut. matr.* reliqui possunt.

114. Non dari beneficium istud, si Creditor pauperior sit debitore, *Id.* ut æquissimum tradunt, sicut eo casu nec Rescripta moratoria decerni solent.

115. Tandem, ut residua colligam, hoc beneficium nec in foro Sax. si blatum est teste *Wesenb. p. 1. Consil. 50. n. 20.* (licet contrarium velit *Coler. de P. E. p. 2. c. 3. n. 19.*) Et potest Exceptio competentia etiam post sententiam opponi, instar aliarum, non oppugnantium sententiam, quæ aliàs non est nulla. *Id. comm.* Relicta pro sustentatione familiae, mortuo debitore, Creditoribus rursus applicantur. *Coler. d. loc. n. 125.*

Et ista habeo, quæ in medium proponere jam volui; de Singularibus personarum. Erant quoque sub prælum mittenda Singularia & favorabilia. tum causarum; & inter eas Dotis, matrimonij, Causarum Ecclesie, Fisci, Civitatum; Causarum piarum; Legitima; ultimarum Voluntatum; Libertatis; Continentiarum; Depositi; Debiti privilegiati, & publice utilitatis; tum Processuum, sc. Feudalium, Criminalium in genere; ex L. diffamari & L. si contendat; Processus contumacie, Reconventionis, Arresti, Executivi, imprimis ad forum Saxonicum accommodati; Spolij & super possessoris; quæ simili operâ in Syllogen quandam erant conjecta; Verum quia primam partem, ut ut me contraxi, ultra opinionum latius exereviffe video; Solita disputationum spatia egredi non est animus; sed in aliud tempus illa repono,

pro hoc interim sit.

GLORIA SOLI DEO.


ULB Halle 3
003 862 046




Sb.

1007







B.I.G.

Farbkarte #13

3907

SYLLOGE RERUM JURI-
DICARUM

De I V

33 13

SINGULARIBUS

PERSONARUM,
EX JURE PUBLICO ET PRIVATO

1640 3

3

Quam
Autoritate Magnifici Jctorum Ordinis
sub Auspicio Numinis

Et
PRÆSIDIO

Dn. CHRISTOPHORI WACKEN

J U, D. Facultatis Juridicæ Adfessoris, & p. t. DECANI,

Illustrissimæq; Viduæ, Principis Anhaltinæ in Coswigk &c.

Consiliarij; Præceptoris & Promotoris sui
ætate in colendi,

in publicum exponit


GOTTFRIEDE SUEVUS

Leorinus Siles.

Ad d. 30. Aprilis horis consuetis

33

In Auditorio Jctorum.



WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.

Anno clō lo C XL.

7130

3

